

CCCXCII.

1286 giugno 27, giovedì

5 Bernardino de Medicis giudice e assessore del podestà di Milano affida ai giurisperiti Ottobello de Bripio e Bonacorso de Aliate l'esame della causa in corso tra il monastero di Montano e il comune di Barate.

Copia autentica coeva, piuttosto sciupata, di seguito ad altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Maria in Valle, cart. 468, s. n. (B).

10 MCCLXXXVI, die iovis XXVII die iunii. Dominus Bernardinus de Medicis iudex et assessor potestatis Mediolani comisit audientiam cause super questione vertente inter dominam habatissam et conventum monasterii de Montano ex una parte, pro quibus fuit Villanus Gastoldus eorum syndicus, et comune et homines loci de Barate, pro quibus fuit Bonisigna Bellengerius eorum syndicus, qui littem contestatus fuit, ex alia, dominis Ottobello de Bripio et Bonacorso de Aliate iurisperitis utrum monasterium de Montano ubicumque inveniretur coniunctum cum loco de Barate ad onera aliqua sustinenda in libris comunis Mediolani debere cancelari et abradi de dictis libris, maxime de libris qui sunt penes Sex sapientes presidentes rationi comunis Mediolani necne, non obstante contradictione comunis et hominum loci de Barate et utrum si dictum monasterium debet cancelari de libris et actis comunis Mediolani an plaustrum impositum loco de Barate cum dicto monasterio debeat remanere totum super comuni et hominibus loci

15

20 de Barate necne.

Ego Guilielmus de Trezella notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi.

CCCXCIII.

1286 giugno 28, venerdì

25 Alla presenza di Bernardino de Medicis giudice e assessore del podestà di Milano Airolfo Catanio de Bosti servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto dell'assessore a seguito petizione della chiesa maggiore di Milano, nei luoghi di Tradate e Venegono Inferiore per ordinare la stima dei proventi delle terre dovuti dai debitori alla chiesa.

Il giorno seguente l'assessore conferma il precetto.

30 Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, cart. 166, cass. 46, cart. P5, n. 4 (B). Copia semplice di mano del sec. XVIII, *ibid.*, ivi (C).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10, p. 67, n. 262, con data giugno 27.

35 L'atto è scorretto.

MCCLXXXVI, die veneris XXVIII^a mensis iunii. Coram domino Berrardino^b de Medicis^c iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Airolfus Catanius de Bosti servitor comunis Mediolani se ivisse, precepto illius assessoris ad petitionem capituli ecclesie maioris Mediolani, ad infrascriptas partes pro robando et contestando de bonis et re-

bus debitorum et banitorum^b suorum et pro requirendo et pro extimando de fructibus qui sunt in terris dicti capituli de debitoribus et bannitis suis; et sic ivisse ad locum de T[radate] et precepit Ogio Riperti, Barnabe Martegana^b, Mirano Alferio et Rugerio Medico, omnibus consulibus illius loci de Tradate, eorum nomine et nomine comunis illius loci nobillium et vicinorum, ut darent illi servitori de bonis^d hominibus et legalibus ad eorum voluntatem qui ire deberent pro extimatoribus cum ipso servitore ad extimandum ut inferius continetur; et sic dederunt illi servitori pro extimatoribus Ottorollum Ferrarium, Laurentium Sugum, Guidotum de Pradello et Bellottum Riperti de ipso loco; et sic ivit cum ipsis extimatoribus et fecerunt ad^e infrascriptas partes infrascriptam extimationem de infrascriptis blavis ut inferius continetur. In primis domine Beltrame uxori quondam Baldorie in campo uno iacente in territorio dicti loci, ubi dicitur in Buscho de Valle, extimaverunt steria III sicallis; Arderico de Villa in campo uno iacente in suprascripto territorio, ubi dicitur ad Puteum sive in Noxedo, extimaverunt modium unum sicallis; Iacobo qui dicitur Mellus in campo uno in suprascripto territorio extimaverunt steria IIII sicallis; Galando de Manna sive heredibus suis in campo uno iacente in suprascripto territorio, ubi dicitur Insupra Monte, extimaverunt steria III et mina una formenti; Dominico Martegane in campo uno iacente ibidem extimaverunt steria duo formenti; item suprascripto Dominico in alio campo extimaverunt steria duo sicallis in pradello; Iohanni Medico in campo uno iacente in suprascripto territorio, ubi dicitur in Gaba, steria duo formenti; heredibus quondam Perri Guidoldi in campo uno iacente in Cabau extimaverunt sterium unum frumenti; Marchixio Riperti in campo uno iacente in pradello extimaverunt steria sex frumenti; Iohanni de Ramello in campo uno iacente ad Ferrazollum extimaverunt steria duo frumenti; Laurentio Sugo in campo uno iacente supra monte extimaverunt steria III sicallis; Iohanni Ferrario in campo uno iacente in^f Pasaregia exstimaverunt steria duo frumenti; Ferrairollo Ferrario in campo uno iacente ad Caraum^b extimaverunt modium unum frumenti; item suprascripto Ferrairollo in alio campo ibi prope exstimaverunt modium unum sicallis. Et item ivisse ad locum de Venegono Inferiori et precepit Petro de la Stella et Girardo qui dicitur Girar consulibus suprascripti loci de Venegono, eorum nomine et nomine comunis illius loci nobillium et vicinorum, ut darent illi servitori de bonis hominibus et legalibus ad eorum voluntatem qui ire deberent pro extimatoribus cum ipso servitore ad extimandum ut inferius continetur; et sic dederunt illi servitori pro extimatoribus Franziam Martinonum, Zillium Brozium, Petrum de Banoli, Petrum Rimaldi. In primis Meliazii Tenche in campo uno iacente in territorio suprascripti loci, ubi dicitur Subtrus Cassas, extimaverunt steria sex advene; item in alio campo se tenente cum suprascripto campo exstimaverunt steria IIII fabarum; item in alio campo iacente in^f suprascripto territorio, ubi dicitur ad Zonenna, extimaverunt steria IIII frumenti; Zarro de Habiate sive Iacobo Martino eius massario in campo uno in suprascripto territorio, ubi dicitur in Maneguzani, extimaverunt steria duo frumenti. Qui omnes homines et persone sunt fictabiles et debitores et banniti suprascripti capituli, et omnes suprascripte blave et legumina sunt in terris et super terris dicti capituli iacentibus in suprascriptis territoris illorum locorum de Tradate et de Venegono. Et, qua extimatione facta, dictus servitor omnibus suprascriptis consulibus suo nomine et nomine suprascriptorum comunium^e ut in banno de libris C tertiolorum pro quolibet comuni et de libris L tertiolorum pro quolibet ipsorum consulum ipsas omnes blavas et legumina habeant et teneant salvas et salva penes eos suprascripto nomine ad voluntatem illius assessoris, et tempore congluo^b eas blavas et legumina consignent eidem capitulo seu coram suprascripto iudice ad suprascriptam petitionem seu coram^b illo iudice qui erit loco illius domini Berrardino^b; et si quis vult contradicere in aliquo, venirent^b coram illo assessore. Et suprascripta omnia fecit dictus servitor die domi-

nico XXIII iunii^a et die lune XXVIII mensis iunii; et dedit eis terminum die veneris XXVIII mensis iunii. Suprascripto anno, die sabati XXVIII iunii, predictus dominus iudex firmavit et coroboravit suprascriptam contestationem factam sicut superius continetur et ei fides adhibeant¹ tamquam publice scripture, presentibus Ardengo Cavallo,
5 Mainfredo de Lomagnia et Churado Olivi notariis pallatii comunis Mediolani, testibus civitatis Mediolani.

Ego Danixius de Buirago notarius camere pallatii comunis Mediolani subscripsi.

^a XXVII in B, per evidente svista del notaio, come anche da riferimento nelle ultime righe del testo.
10 ^b Così in B. ^c veneris - Medicis su rasura. ^d Segue parola cancellata. ^e ad manca in B; c'è nelle rr. precedenti. ^f in manca in B. ^g Così, senza verbo. ^h cora senza segno abbreviativo. ⁱ XXIII iunii nell'interlinea. ¹ Segue ei ripetuto.

CCCXCIV.

1286 luglio 2, martedì

15 Alla presenza di Guglielmo de Aplano giudice e assessore del podestà di Milano Airolfo Catanio de Bosti servitore del comune riferisce di essersi recato nei luoghi di Tradate e Venegono Inferiore per ordinare la stima dei proventi delle terre dovuti dai debitori alla chiesa maggiore di Milano, di cui già al documento precedente.

Il 5 luglio l'assessore conferma l'ordine del servitore.

Grida fatta dal servitore del comune Ambrogio Boniperti.

20 Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, cart. 166, cass. 46, cart. P5, n. 4 (B). Copia semplice di mano del sec. XVIII, *ibid.*, ivi (C).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10, p. 67, n. 263.

25 MCCLXXXVI, die martis secundo mensis iullii, indictione XIII. Coram domino Guilielmo de Aplano iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Airolfus Catanius de Bosti servitor comunis Mediolani se ivisse, precepto illius assessoris ad petitionem^a capituli ecclesie maioris Mediolani, ad infrascriptas partes pro robando et contestando
30 de bonis et rebus debitorum et bannitorum suorum et pro requirendo et pro extimando de fructibus qui sunt in terris dicti capituli de debitoribus et bannitis suis. Et sic ivisse ad locum de Tradate et precepit:

Segue Ogio Riperti - coram illo iudice *nella stessa forma di cui all'atto precedente*

Terminum^b die iovis IIII mensis iullii.

Suprascripto anno, die veneris V mensis iullii, predictus dominus Guilielmus de
35 Aplano iudex et assessor potestatis Mediolani [con]firmavit et confirmat et coroboravit suprascriptam contestationem factam precepto illius iudicis per Catanium de Bosti servitorem comunis Mediolani hoc anno, die martis secundo iullii ad petitionem capituli ecclesie Mediolani contra suprascriptos homines et personas locorum de Tradate et de Venegono, fictabiles et debitores et bannitos suprascripti capituli, penes suprascriptos
40 consules et comunia suprascriptorum locorum de suprascriptis blavis et leguminibus que sunt illorum debitorum et bannitorum eius, et hoc quoniam nemo venit coram supra-

scripto iudice ad contradicendum ad terminum statutum per ipsum servitorem. Cridat(um) per Ambrosium Bonipertum servitorem comunis Mediolani. Interfuerunt ibi testes Muzius de Ariverio, Iacobus Ruba, Lantelmus Pestagalla, omnes civitatis Mediolani.

Ego Galvagnius de Melzo notarius camere palatii comunis Mediolani tradidi et subscripsi et in quaterno positum est. 5

^a Segue parola cancellata. ^b terminum nell'interlinea.

CCCXCV.

1286 luglio 7

Mafeo de Buvirago console di Milano, faggia di porta Ticinese e porta Vercellina, ordina a Mirano de Pagiano servitore del comune di recarsi, a seguito petizione della chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano, nel luogo di Basiglio per ordinare la misurazione e la consegna delle terre della chiesa. 10

Notaio Mercadante de Casio, 'ad bolas' del comune.

Notaio Canturino de Caturio, 'ad bollam' dei servitori. 15

Inserito in atto del comune del 1286 luglio 14: v. doc. n. CCCXCVII.

CCCXCVI.

1286 luglio 10, mercoledì

Alla presenza di Ottobello de Brivio e di Bonacorso de Aliate giurisperiti, nominati da Bernardino de Medicis giudice e assessore del podestà di Milano, Marino de Raude servitore del comune riferisce in merito al colloquio avuto con i Sei che presiedono «rationi» del comune circa la opposizione che gli stessi giurisperiti intendono presentare a sostegno del monastero di Montano nella causa in corso con il comune di Barate. 20

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Maria in Valle, cart. 468, s. n. (B). 25

MCCLXXXVI, die mercurii X die mensis iullii. Coram dominis Ottobello de Brivio et Bonacurso de Aliate iurisperitis, quibus comisa est audientia cause a domino Bernardino de Medicis iudice et assessore potestatis Mediolani, Marinus de Raude servitor comunis Mediolani retulit se mandato dictorum peritorum dixisse et denuntiasse dominis Grimaldo Anzimonio et Leonardo Vicecomiti et Iacobo de la Cruce, suo nomine et sotiorum, et ipsis sotiis dominis Sex presidentibus per comune Mediolani rationi comunis Mediolani quod ipsi iurisperiti sunt parati ire coram eis si ipsi volunt aliquid nomine comunis Mediolani dicere vel allegare coram eis occasione cause quam abbatissa monasterii de Montano^a nomine dicti monasterii moveret contra comune loci de Barate occasione cuiusdam impositionis unius plaustris impositi illi comuni cum monasterio, alioquin illi iurisperiti procedent et dabunt consilium suum in scriptis iudici, eorum absentia non obstante. 35

Et ego Brocchus de Avillania notarius palatinus, notarius domini comitis Sabaudie interfui rogatus et hanc cartam traddidi et scripsi.

(ST) Ego Iacobus de Bezo de Canobio notarius de mandato predicti Brochi notarii me subscripsi et predictis omnibus interfui.

CDXXXI.

5

1287 giugno 26, giovedì

Alla presenza di Anrico della Fontana giudice e assessore del podestà di Milano Bassiano de Galbiate servitore del comune riferisce di essersi recato, su petizione della chiesa maggiore di Milano, in Tradate per ordinare il sequestro dei beni dei debitori della chiesa.

10

Nello stesso giorno l'assessore conferma il sequestro.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, cart. 166, cass. 46, cart P5, n. 4 (B). Copia semplice di mano del sec. XVIII, *ibid.*, ivi (C).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 15 10, p. 67, n. 264.

Sull'esempio di atti analoghi, si considera questo atto una copia. È scorretto.

MCCLXXXVII, die iovis XXVI die mensis iunii. Coram domino Anrico de la Fontana iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Baxianus de Galbiate servitor comunis Mediolani se ivisse die iovis proxime preterito, ad petitionem domini archipresbiteri^a ecclesie maioris Mediolani et capituli eiusdem, ad locum de Tradate pro extimare, contestare et robare et deposita facere et accipere; et precepit dictus servitor ex parte suprascripti iudicis Fredo Medico et Venzio de Cassano consullibus et offitallibus et Ottorollo Ferrario canevario suprascripti loci de Tradate, eorum nomine et nomine comunis illius loci, et illud^b comune^b tam nobillium quam vicinorum ut sub pena et bano 20 librarum CC tertiorum comuni suprascripti loci et librarum L pro quolibet consulle et offitalli et singularibus personis ut dent seu elligant IIII de bonis hominibus suprascripti loci de Tradate, qui vadant una cum Bellino Ferrario de Dugniano et cum suprascripto servitore, qui Bellinus est syndicus et procurator suprascripti domini archipresbiteri et capituli, a^b terras et possessiones et domos^c que sunt debitorum et bannitorum suprascripti domini archipresbiteri et capituli et exstimant omnes blavas segatas et cuiuscumque maneriei sint in terris et possessionibus et domibus suprascripti capituli. Et ibi incontinenti suprascripti consules dederunt seu elligerunt Micherium de Lova et Bello- 25 tum Rimperti et Miranum Alferium et Guidotum Marteganam qui iverunt bona fide sine fraude predictam extimationem fatiendi et qui iverunt una cum suprascriptis Bellino 35 et servitore: in primis, in campo uno iacente in suprascripto territorio loci de Tradate, ubi dicitur ad Puteum, quod laboratur et tenetur per Petrollum de Musso, steria III formenti^b; item in campo uno Arderici de Villa modios III furmenti; item in campo uno Zanolli Alferi steria III furmenti; item in campo uno Iacomolli Alferi^d filii condam Comitum Alferi steria III furmenti; item in campo uno Oldradolli Medici steria XII siccallis; item in campo uno quod consueverat laborare^b per Perronum de Castroseprio et modo tenetur per Ogium Rimpertum, iacente ubi dicitur ad Lungum sive a Camisinti, 40

- modium I sicallis; item in campo I suprascripti Iacomolli steria IIII sicallis; item in campo I quod consueverat tenere per suprascriptum Perronum de Castroseprio et modo tenetur per Bernabalem Marteganam^e, iacente ubi dicitur^a ad Longum, steria II sicallis; item in campo I quod consueverat tenere per suprascriptum Perronum et modo tenetur per suprascriptum Ogium, iacente ubi dicitur in Sorino, steria VI sicallis; item in campo I Marchixi Riperti^b iacente ubi dicitur in Traversera modios III sicallis; item in campo I Rugerii Medici iacente ubi dicitur in Traversera modium I sicallis; item in campo I Laurenti^a Sugi iacente ubi dicitur Supra Monte^b steria III sicallis; item in campo uno quod consueverat tenere per suprascriptum Perronum et modo tenetur per suprascriptum Ogium, iacente ubi dicitur in Pradello; item in campo I heredum condam Gualandi de Mana, iacente^b, modium I sicallis; item in campo I heredum condam Perri Guidoldi steria VII sicallis; item in campo^f I Ferairolli Ferrarii modios II sicallis. Item Perronus Cerrus dedit voluntarie in deposito suprascriptis consullibus tinam I vallentem solidos X tertiorum. Item Bergollus Ferrarius fecit similem depositum de carro I et de tina I vallentibus solidos XXX tertiorum. Item Golzanus Ferrarius fecit similem depositum I de carro I et tina I vallentibus solidos XX tertiorum. Suprascriptus servitor precepit^g suprascriptis omnibus suprascriptis^b consullibus ut habeant et teneant salvas penes eos eorum nomine et nomine comunis suprascripti loci tam nobillium quam vicinorum sub suprascripta^b pena et bano et plus ad voluntatem suprascripti iudicis, et fatiant segare et colligere tempore congruo ad expensas suprascripte blave; et dedit eis, si quis vult contradicere, terminum die mercurii proximo. Postea vero, suprascripto anno, die iovis XXVI die mensis iunii, dictus iudex dixit, firmavit et coroboravit^h suprascriptam contestationem factam ita ut perpetuo valeat et teneat et ei fides adhibeatur tamquam publice scripture. Cridat(um) per Andream de Galbiate servitorem comunis Mediolani, presentibus Pizo de Aliate et Lafranco de Cumis et Dominico Boniperti, omnibus testibus civitatis Mediolaniⁱ.
- Ego Obizo Ferrarius de Dugniano notarius camere palatii comunis Mediolani tradidi et subscripsi.

30 ^a Segue parola cancellata. ^b Così in B. ^c Segue d. ^d Alferi su Comitibus cancellato. ^e Bernabalem Marteganam su parola cancellata. ^f campo in B. ^g precepit con segno abbreviativo. ^h suprascripta nell'interlinea. ⁱ die - coroboravit su rasura. ^j factam ita ut - Mediolani di mano del notaio che sottoscrive.

CDXXXII.

1287 giugno 27, venerdì

- 35 Enrico della Fontana giudice ed assessore del podestà di Milano ordina a Uberto de Melegiano notaio e servitore del comune di recarsi, a seguito petizione della canonica di S. Maria Iemale di Milano, nel luogo di Olzate Olona per chiedere la misurazione e la consegna delle terre della canonica.
- Notaio Gaspare Medico, del palazzo del comune.

40 Insetto nell'atto che segue.

Il precetto, datato erroneamente nel protocollo giugno 28, è stato, in realtà, emesso il 27 giugno, come risulta dalla dichiarazione del notaio del comune che lo sottoscrive. V. anche nota introduttiva all'atto che segue.

CDXXXIII.

1287 giugno 28, sabato, Olgiate Olona

Uberto de Melegiano notaio e servitore del comune di Milano, su precetto di Anrico della Fontana giudice ed assessore del podestà, di cui all'atto precedente, si reca nel luogo di Olgiate Olona per ordinare la misurazione e la consegna delle terre della canonica di S. Maria Iemale di Milano.

5

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Decumani, cart. 391, s. n. (A).
Copia della fine del sec. XVIII in Biblioteca Ambrosiana in Milano, G. C. Della Croce, Cod. dipl. Mediol., I 19, c. 134, con data 1277 (B).

L'atto viene inserito sotto l'anno 1287 in quanto indizione e giorno della settimana corrispondono a tale anno. Inoltre, l'assessore Anrico della Fontana risulta in carica nel 1287.

10

Non è chiara la correzione da parte dello stesso notaio e servitore in *septuageximo* su *octuageximo* e inserimento di s posto davanti alle altre lettere. Il precetto inserito porta, invece, scritto chiaramente *septuageximo septimo*, mentre gli altri elementi della data corrispondono, come sopra, al 1287. Potrebbe darsi che il notaio, accortosi dell'errore nella data del precetto, nell'intento di correggere, abbia erroneamente corretto la data dell'atto. D'altra parte, la sottoscrizione del notaio e servitore è autografa, come da confronto con atto del 1283 novembre 22.

15

Il notaio e servitore è scorretto.

(ST) In nomine Domini. Anno dominice incarnationis milleximo ducentesimo [oc-
tu]ageximo^a septimo, die sabati vinginti^b et octo iunii, indictione quintadecima: Com^b 20
datum esset in mandato michi Uberto de Melegiano notario et servitori comunis Mediolani et mensuratori a domino Anrico de la Fontana iudici^b et assessore potestatis Mediolani ut, ad petitionem domini archipresbiteri Sancte Marie Yemalis decumanorum et capitulli illius ecclesie, irem^c in omnibus locis et partibus ubi dictus archipresbiter vellet et cuiuslibet de capitullo vel eius nontius et specialiter in loco Olzate Ollona et cogere ho- 25
mines quos ipse dominus archipresbiter velet vel eius nontius sacramento spetiali, tactis sacris scripturis, consignandi et determinandi omnes terras et possessiones et sedimina et omnia iura^d que ipsa ecclesia habet in ipso loco vel alibi, et hoc secundum quod in precepto uno continetur. Tenor cuius talis est. In nomine Domini. ^d Anno milleximo ducentesimo septuageximo^e septimo, die sabati XXVIII^e die iunii. Precepit dominus Anri- 30
chus de la Fontana iudex et assessor potestatis Mediolani Uberto de Melgiano^b notario et servitori comunis Mediolani et mensuratori quatinus vadat, ad petitionem domini archipresbiteri ecclesie Sancte Marie Yemalis decumanorum et cuiuslibet de capitullo illius ecclesie, in omnibus^f locis et burgis vel partibus in quibus vel eorum dicta ecclesia et canonica et capitulum^d abbet^b terras et sedimina vel domos et possessiones vel decimam 35
vel allia iura ad fatiendum vel fieri ad^b fatiendum eis vel suis nontiiis consignare et determinare et mensurare et de novo coherentiare petia^b per petiam et de re in rem eas et ea per homines qui eas et ea tenent et laborant vel voluerunt et laboraverunt et per alios homines illorum locorum et partium vel ab alliis partibus per illos qui noti sunt ex illis et sciunt eas et ea per sacramentum et ultra^d sub pena et banno ad eiusdem iudicis voluntatem, et cogat et precipiat et cogere et precipere possit et debeat consules et hoffitiales et singulares personas illorum locorum et partium tam nobilium quam vicinorum ut incontinenti post precepti^b dicti servitoris eis et eidem dicti^b servitori dent et prestent opem et auxilium et iuvamen validum ad predicta omnia fatienda et fieri fatienda et eligere et dare eis consignatores de vicinis suis de illis qui noti sunt ex illis terris et rebus 45
usque ad quantitatem^e secundum quod eis videbitur, qui debeant eis consignare eas et ea et coherentiare. De qua consignatione et determinatione dictus servitor, qui est nota-

- rius, incontinenti fatiat et scribat publicum instrumentum, unum et plura, si necesse fueris^b et eis placuerit; et postea si aliquis voluerit contradicere veniat coram suprascripto iudice ad terminum datum per suprascriptum servitorem. Quod preceptum fuit signatum per Gasparum Medicum notarium pallatii comunis Mediolani die veneris XXVII die iunii. Et sic dictus servitor una cum Vixino de^d Azello nontio suprascripti domini archipresbiteri et sindico illius capitulli in communi viciniantia loci de Olzate Ollona, Guilielmus Serambroxius et Iacobus Calcaterra qui dicitur Zarabelus, consules illius loci de Olzate Ollona, et Iacobus Rampinus vicinus illius loci iuraverunt ad sancta Dei evangelia, tactis sacris scripturis, consignandi et determinandi et parificandi ut supra.
- 10 Et sic die sabati XXVIII die iunii predicti iurati consignaverunt et determinaverunt infrascriptas petias terre iacente^b in territorio dicti loci suprascripto Vixino de Azello sindico dicti capitulli, et que terre sunt de prebenda domini Pagani Prealoni canonici Sancte Marie Yemalis decumanorum. Im^b primis, petia una vinee, et consuevit esse campus, et iacet ubi dicitur ad Zovenam, cui coheret a mane Sancti Stephani de Olzate, a meridie similiter, a sero Guilielmi de Landriano, a monte accessium, et est pertice sex et tabure quinque. Secunda petia est campus, et consuevit esse vinea, et iacet ubi dicitur in Valodra, cui coheret a mane Iacobi Musche, a meridie accessium, a sero Iacobi Cristiani, a monte Iacobi Musche, et est pertice sex et tabure octo. Tertia petia est campus ibi prope, cui choeret^b a mane Iacobi Musche, a meridie Sancti Stephani de Olzate, a sero heredum condam Guifredi de Landriano et in parte Sancti^b Stephani de Olzate, a monte via, est tabure quadraginta. Quarta petia est campus, et consuevit esse vinea, et iacet ubi dicitur in Rommagniollo siu^b in Pertegue, cui est a mane Cabrii de Landriano et fratrum, assero et a monte similiter, a meridie via, et est pertice duodecim et tabure^b, de quibus perticis duodecim tener^b Gabrius^b de Landriano et fratres pertice due a mane
- 25 parte. Quinta petia est campus et vinea, et consuevit esse campus, et iacet ubi dicitur ad Orezius, cui est a mane et a monte via, a meridie et assero heredum condam Iacobi de Baxilica, et est pertice novem et tabure [decem] et octo, et consueverat esse in petiis tribus, et modo est insimul: prima petia erat pertice quatuor et tabure quatuor, secunda erat pertice trex et tabule^b quatuordecim, tertia erat pertice due. Sesta petia est vinea, et iacet ibi prope, ad Orezim^b, cui est a mane via, a meridie et a sero et a monte heredum condam Iacobi de Baxilica, et est pertice undecim et tabure duodecim. Que omnes terre tenentur per Beltramum et Albertum fratres qui dicuntur de Baxilica et per Beltramum nepotem eorum. Ipso die, in platea ipsius loci, presentibus Iacobo de Landriano fillio condam ser Alberti et Stephano Grillio filli^b condam Maifredi et Ambroxio de
- 35 Pescina filio condam Iacobi, omnes de loco Olzate Olona, testibus, dicti iurati post consignationem factam dixerunt et protestati fuerunt suo sacramento, lecte omnes predictae terre, in predicto loco^b coram suprascriptis testibus quod ille terre sunt bene consignate et sunt ipsius ecclesie Sancte Marie Yemalis decumanorum et quod allie terre possent esse in territorio illius loci, set eos ignorant.
- 40 (ST) Ego Ubertus de Melegiano, filius condam Castelli, notarius, porte Ticinensis, porochie Sancti Iohannis ad Concham, tradidi et scripsi^b et predictam terram mensuravi.

^a In A la parte iniziale dell'anno, che si propone tra parentesi quadra, era stata corretta su rasura dallo stesso notaio in septu, con l'introduzione della s davanti alle altre lettere: v. nota introduttiva all'atto. ^b Così in A. ^c irem manca in A. ^d Segue parola cancellata. ^e Così in A, si pensa per errore: v. nota introduttiva all'atto. ^f nomibus in A. ^g quantitatem senza segno abbreviativo. ^h Segue Sancti ripetuto.

CDXXXIV.

1287 luglio 14, lunedì

Alla presenza di Giovanni de Becaria giudice e assessore del podestà di Milano Basiano de Galbiate servitore del comune riferisce di essersi recato, a seguito petizione della chiesa maggiore di Milano, a Tradate per ordinare il sequestro dei beni dei debitori della chiesa. 5

Copia semplice coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, cart. 166, cass. 46, cart. P5, n. 4 (B). Copia semplice di mano del sec. XVIII, *ibid.*, ivi (C).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10 10, p. 67, n. 265.

L'atto è scorretto.

MCCLXXXVII, die lune XIII mēsis iulii, indictione XV. Coram domino Iohanne de Becaria iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Basianus de^a Galbiate servitor comunis Mediolani se, prout habebat in mandatis ab illo iudice de hiis peragendis ad petitionem domini Onrici Scacabarozi archipresbiteri ecclesie maioris Mediolani, suo nomine et totius capituli eiusdem ecclesie, ivisse die dominico VI mēsis iulii ad locum de Traddate una cum Belino Ferrario de Dugniano sindaco et procuratore superscriptorum domini archipresbiteri et prefati capituli et precepisse consulibus et officialibus loci de Traddate, inter quos erant et inventi fuerunt personaliter infrascripti, videlicet ***^b, consules et officiales tam nobilium quam vicinorum dicti loci, et eis et cuilibet eorum dixisse et precepisse similiter in platea dicti loci quod irent seu venirent cum illis servitore et sindaco seu procuratore ad omnes partes ubi fuerit necesse dicti loci et territorii pro dando eis servitori et procuratori auxilium et iuvamen cum effectu ad robandum seu saxiendum seu contestandum, similiter pro recipiendo in depositum seu in sequestratum de fructibus et rebus et bonis dictorum bannitorum et debitorum suorum, secundum quod in talibus consuetum est fieri secundum statuta comunis Mediolani, et hoc sub pena et banno ad voluntatem superscripti assessoris et debendi exhibere, consignare et dare et restituere dictis archipresbitero et capitulo omnes illos fructus et res et omnia ea que eorum de Tradate^c ipse servitor invenerit^d sive quod ipsi de Tradate irent seu venirent vel non irent seu non venirent vel non mitterent ad dandum illud auxilium et ad recipiendum et in depositum et ultra, sub pena et banno ad voluntatem dicti iudicis, et dedisse eis^d inteligere et denuntiasse quod ponerent^e in depositum super eis omnia ea que de bonis illorum debitorum invenirent ac si forent presentes sive quod vadant seu irent seu non irent vel non mitterent ad predicta facienda, et hoc ad purgationem contumacie, ea precepta sic fecisse ad hoc quod essent melius nota et facta eis, et eos de Tradate respondisse dictis servitori et procuratori: 'Eatis et faciatis quidquid vobis placet quod nos nolumus venire nec mittere aliquem ad predicta facienda. Et bene placet nobis quod ponatis et precipiat^f super nobis in depositum fructus et ea omnia que invenietis esse eorum de Tradate'. Et sic ipsi servitor et procurator ivit^f per terras territorii dicti loci, que erant infrascriptorum vicinorum et nobillium debitorum et bannitorum eorum seu que tenentur et laborantur per eos; et invenit in eis terris infrascriptos fructus quos extima[vit] in infrascriptis quantitibus, videlicet (*sic*). 15 20 25 30 35 40

^a Segue de ripetuto. guono parole cancellate.

^b Mancano circa 100 lettere.

^c Così, con una sola d, anche nelle rr. ss.

^d Se-

^e Segue et preciperunt cancellato.

^f Così in B.